Godofr. Wendelino.
Pastori Bethasiorum
in Brab.

Compellari à te, Vir doctissime, et salutari, et munusculo ornari, magno mihi in pretio est: eo majori, quod occasio non una praestò, quâ non inutilis amicus adesse videar. illud maximè, quod injecta summi viri mentione, per eam honorati amicitiae mihi sacra officij me admones, et quo te loco habere par sit doces, qui apud illum summo sis, non necesse loco amantissimum tui, testem. perspectum habeo et affectus Puteani, et candorem et judicium. dicerem Scires quam me nisi me amaret, sed ut semel lapsus est, amare possit et non falli: ... ita me facundia palam fateri facis, quam ... alloquendi, quam ut committi ipse cupiam, à paucis exprimere posse commendaret. Amo igitur te nunc jam et colo Vir clarissime, quâ te, quâ Puteani, quâ meum: amaturus etiam, ne dubites, et culturus cum constanter quâ talem, et quâ

Tuus
C.

quam in te ... ,

Qui tuus pristine, judicabis quàm in meâ manu non sit, tui in re prolixius gratificari tibi, quam dies transacta Antoniam circulis, et in Ecclesiis.

In castris ad Trajectum Mos.
VIII. Cal. Quintiles CIƆIƆCXXXII.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 159
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/686